Fragmentarium

Æ

Non ſuperbum· non iracundum· non uinolentum· non percuſſorem
& non turpis lucri cupidum· ſed hoſpitalem· benignū· ſobriū
Iuſtū· ſcm· continentem· amplectentem eum qui ſecundum
doctrinam eſt fidelem ſermo nem ut potens ſit & ex
ortari in doctrina ſanā & eos qui contradicunt arguere;
ephod ac theraphim, Et in iudicum librū legimus quae ſi
bi fecerat leuites· qui poſtea cum ſexcentis de tribu dan
armatis profectus eſt; Poſt paſſionem dnī ſaluatoris uſ
que in praeſentem diem· paulo minus quadringenteſimus
annus expletur. & quantum tempus reſideat uſq; ad die
iudicii nec angeli nouerunt nec filius· Quia deo ignorare
ſe dicit quia nobis non expedit diſcere; Hi ſunt ergo mul
ti dies quibus infelix ſynagoga & mulier adultera or
deo paſcitur & ſedit continente· quia cum xpo ſtare non
poteſt ſine rege· De quo locutus eſt pater· Suſcitaui regem
cum iuſtitia, & ipſe dicit in pſalmo; Ego autem conſtitu
tus ſum rex ab eo ſuper ſion montem ſcm eius; ſine principe
uel ipſo dnō ſaluatore uel caeleſte pontifice De quo ſcriptū eſt;
principi populi tui non maledicis· & ſine ſacrificio &
ſine altari; Subuerſo enim templo & incenſa hieruſa
lem nec ſacrificium nec ſacerdotiū iudaica gens exerce
re poteſt; & ſine ephod & ſine theraphin inſtrumentis ſa
cerdotalis hebraeis; De hoc rege & iacob in benedictione
iudae patriarchae loquitur; Non deficiet princeps ex iuda
neque dux de femoribus eius donec ueniat cui repoſitum
& ipſe erit expectatio gentium· Ergo poſt quam defecit
princeps ex iuda & dux de femoribus eius· & herodes
alienigena & proſelytus ſuſcepit imperium; intellegim(us)
ueniſſe cui regnū repoſitū· & ipſe erit expectatio gentium

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 4, fol. [1]v – Hieronymus Stridonensis, <i>Commentaria in Osee</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-y55d/7094/57984)